



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plurimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Capvt VII. Quod Pagani asserunt, quod licitum est eis plures habere simul
vxores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

CAPUT VII.

Solutio predictorum:

telligi potest, quod de terra manante lacte & melle dictum est; terra enim illa fertiliissima est. Vcl, per terram manantem lacte & melle, paradylus cælestis intelligitur, qui manare lacte & melle dicitur, propter æternæ & interna refectionis dulcedinem. Mensam etiam suam quæ erit in regno Patris sui, vocat Christus spiritualis Beatorum refectionem. Quæ spiritualis refectione nihil aliud erit, quam diuina fructio. Vnde in psalmo: (a) *Detorrente voluptatis tua potabis eis.*

Quæ autem major infania, quam afferere hæc esse Beatorum præmia, esum mellis, & potum lactis? Sustinuerunt martyres tot persecutions, ut ad has peruenirent refectiones? voluit Laurentius uru, in craticula, ut ad hæc perueniret gaudia? Suspensus est Vincentius in aculeo, ut hoc frueretur cibo? Certè, si Deus daturus esset suis materialia tescula, credo quod eleganter daret eis cibaria. Christus autem post resurrectionem non ideo comedit, ut per hoc insinuaret resuscitatis necessaria esse cibaria, sed ut per hoc probaretur eius resurrectio vera.

CAPUT VII.

Quod Pagani afferunt, quod licitum est eis plures habere simul uxores.

Dicunt etiam predicti, licitum esse eis plures simul habere uxores. Quod nituntur probare auctoritate Patrium veteris testamenti, qui duas uxores habuisse leguntur, ut Iacob, David, & alij multi. Quæ enim ratione eis licitum fuit simul habere plures uxores, & non modernis? Sed hoc non afferunt nisi ut Luxuria satisfaciat: tota enim vita eorum in favore luxuriae est. Itaque, sit,

Ad hoc dicimus, quod una dicitur esse vi- nius; vnde & Dominus unam dedit Adæ vxorem; & non plures, quod etiam Sacramen- to deservit: per hoc enim significatur, quod una est sponsa Christi, id est, Ecclesia. Vnde & Lamach mortaliter peccauit, qui primus plures uxores habuit. In veteri autem testamento, lici- tum erat alicui plures habere uxores ad multi- plicandum genus humanum, ad diuinum cul- tum; tunc terram replebat facunditas, nunc autem in novo testamento, cælum debet teple- re casti: (b) A tempore enim Ioannis Baptiste, regi- num Cœlorum rim patitur, & violenti rapunt illud. Hinc, ut ait Apostolus, (c) quādū vivit mulier, alligata est viro, ut non possit alij nubere; similiter vir mulieri, ut non possit aliam ducere: vnde vir si plu- res habet, adulter est; & sicut una mulier non potest simul habere plures viros; sic unus vir nec plures mulieres simul. Item dicit Aposto- lis, quod (d) vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & sic, ut vivente uxore sua, non potest accedere ad aliam. Cum ergo predicti Paganii dicant Christum fuisse magnum Prophetam, quomodo audent verbis eius contradicere, qui dixit mulierem non esse derelinquendam nisi causa Fornicationis; Ipsi autem multis alijs de causis relinquent uxores.

Sunt etiam quidam inter eos, qui dicunt mulieram relictam à marito, non debere ad eum regredi, donec alter cum eâ conueniat, & sic prævaricatores legis & Evangelij facti sunt. In lege enim scriptum est, (d) ut si quis uxorem suam qualibet ex causa disincerit, & voluerit ad eam qui in domoque regredi, in ipso sit arbitrio, statim alter eam non sedauerit; si alter eam tetigerit, ab illo in perpetuum prohibita est. In Evangelio tamen licitum

III

non

(a) Psal. 35, v. 9. (b) Matth. 11, v. 12. (c) I. Cor. 7. (d) Ibidem, v. 4. (e) Deuter. 24.